pudor! quis dolor! Hic sui impotes tentare fugam, latebras
inquirere, optare nocte Cimmeria circumdari, vel maris atque
cingi, sed hi dum fugam tentant revertuntur, amare nos
hominum aspectus, et fugere, aspicere, aspiciq[ue] declinare, solivagi
esse, et cum aliis versari, unde contingit illos ~~sape~~ in illorum
canum quasi naturam conversos latratus edere, undique discur
rere, impingere ubique, nullibi quiescere, certe Timones, Bel
lerophontesque alios cernere licet, et quod maximum, nisi con
tinuis iisque aptis remediis morbi vis tollatur, amentes sine
ratione vitam emoriuntur, una autem prope cynorrhodos miser
lis superest, quae illis medelam afferre possit. At vero viri saepe
per multorum annorum circulum latere inadvertenterque lento et
cruciare dolore suo, donec tandem subito erumpens gentibus ene
cat, cum plane omnibus periculis defunctos se credunt, et cicatrices prio
res obducto. et quid Auditores luctuosius? quam si, qui in
medios oceani fluctus illosque transiit, si, qui ventorum turbi
nes, imbresque sustinuit vehementissimos, nec iis obrutus, Iovis
tonantis ictus creberrimos intactus et sine vulnere excepit, si is
tandem in ~~[illegible]~~ littore, vel ~~ex~~ littus cum iam ovans egressum molitur nau
fragium pati cogitur? quid inquam luctuosius? quis commiseratione
non tangatur in milite, qui in pugna, in acie, in periculis, inter vul
nera, ab omni hostili liberum ferro, in facie furore hostis e=
reptum, omnibus in pugna periculis defunctum, ab omni vulnere plures vul
nerante immunem intactumque vidit, inde in egressum pugna,
cum victore exercitu victorum iuxta sociorum castra constitutum
telo subitaneo feriri prosternique. Quis talis non misereatur? Et vix

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20246r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20246r)